

supplicationibus inducti tibi et successoribus tuis in perpetuum presenti pagina duximus indulgendum, ut ad honorem dei et domus vestre in posterum ampliandum uti mitra valeatis, ad cumulum autem gratie et libertatis impense mitram, quam de capite nostro assumpsimus, prefato Ludewico lantgravio tradidimus per ipsum tibi in argumentum nostri beneficii presentandam. Proinde volumus, ut in memoriam tanti honoris favore ipsius 5 indulti pro salute eius et parentum suorum in ipsa ecclesia speciales domino deinceps orationes offerantur. Ut ergo hec nostra concessio futuris temporibus indeficiens robur obtineat, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communi-  
mus statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et confirmationis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Verone 10 nonis decembris.

## 493.

*Papst Lucius III. in derselben Angelegenheit an Abt und Kloster von Reinhardsbrunn.*

Verona, [1184] Dez. 5.

*Hdschr.: Kop. Perg. in Cop. RR I. 18 fol. 193. Haus- und Staatsarchiv Gotha. Jaffé 15130<sup>a</sup>.*

15

*Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 492.*

Lucius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Hermanno abbati et conventui in Reinartsborn salutem in domino et apostolicam benedictionem. Veniens ad nos nobilis vir Ludewicus lantgravius Thuringie supplici a nobis instantia postulavit, ut ad honorem dei et domus vestre in posterum ampliandum tibi, fili abbas, et successoribus tuis mitre 20 usum concederemus. Nos itaque precibus eius grato concurrentes assensu hoc vobis in perpetuum duximus indulgendum. Unde ad cumulum gratie et liberalitatis impense mitram, quam de capite nostro assumpsimus, per ipsum vobis curavimus destinare. Vos igitur in memoriam sempiternam Honorio per prefati Ludewici favorem et sollicitudinem acquisiti ipsi beneficium specialiter impendatis et tam pro ipso quam pro presentibus eius 25 speciales domino deinceps orationes in representationem tanti beneficii offeratis. Datum Verone nonis decembris.

## 494.

*Papst Lucius gestattet auf Bitten des Landgrafen Ludwig dem Kloster Ahnaberg die Propstwahl.*

Verona, [1184] Dez. 5. 30

*Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Die Bulle hängt an rother und gelber Seidenschmür.*

*Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 492.*

Lucius episcopus servus servorum dei dilectis in Christo filiabus conventui in Anenberc | salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem pre|bere consensum et vota, que arationis tramite non discordant, effectu 35 pro|sequente complere. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu tertii Lodouici langrauii Turingie precibus inclinati presentibus vobis litteris indulgemus, ut de communi assensu vobis in posterum per vos prepositum eligatis et, quem elegeritis, is auctoritate apostolica cenobio vestro pastoralis amministrazione provideat. Vt ergo hec nostra concessio indeficiens robur obtineat, eam auctoritate 40